

EXERCICIOS
 DE TRADUCCION,
 Y RUDIMENTOS
 DE RETORICA , Y POETICA,
 QUE OFRECEN AL PUBLICO
 LOS
 CAVALLEROS COLEGIALES
 DE LAS ESCUELAS PIAS
 DE LAVAPIES,

Los dias 21 , y 22 de Octubre de 1777,
 à las tres y media de la tarde,

BAJO LA DIRECCION DE SU MAESTRO
 EL PADRE JOAQUIN TBAÑEZ
 de Jesus , y Maria.




EN MADRID : EN LA IMPRENTA DE D. PEDRO MARIN.
 AÑO DE MDCCLXXVII.

9000
Fdo Navanote
12/90

EXERCICIO
DE TRADUCCION
Y RUBRICAS
DE REPOSICION Y POSICION
QUE ORRORAN AL PUBLICO

LOS
CAVALLEROS COLIBRIAS
DE LAS ESCUELAS REAS
DE ENNALES

Los dias 1 y 2 de Mayo de 1890
A las 10 y media de la tarde
Bajo la direccion de D. Mariano
EL PADRE Y AGUIN T. BARRA
de J. J. J. J.



En Madrid: En la Imprenta de D. Lopez
Año de MDCCCLXXXVI

Ayuntamiento de Madrid

R/99.090 -



A experiencia, que ha hecho ver lo mucho, que estos Exercicios contribuyen al adelantamiento de la Juventud, ha estimulado à los Maestros, à quien está encomendada su educacion en las Letras Humanas, à repetirlos frequentemente. Apenas hay Estacion del Año, en que no salgan nuevos exemplares en esta Corte, convidando à los apasionados de las Letras à favorecer, y alentar con su humanidad à los Niños, que no son capaces de presentar al Público, sino unos ligeros indicios, y buenas esperanzas de los frutos, con que pueden en la edad madura contribuir à la Sociedad. Y no obstante esta prevencion, logran los Maestros, y Discipulos la satisfaccion de ver condecorados estos pueriles ensayos con la asistencia de las Personas de mas alto carácter, profunda literatura, y esquisito gusto: cuya singular prudencia emplea con tanta liberalidad los elogios para encender los animos de los Jóvenes à proseguir la carrera de las letras con mayor ardimiento; que, aunque no se consiguiesen otras ventajas en los que se emplean en estos Exercicios, que esta bella disposicion de animo, para continuar con mayor teson sus respectivas tareas: estaba yo obligado à procurarlas à mis Discipulos, y asi se presentarán los dias 21, y 22 de Octubre en el Teatro acostumbrado.

PRIMERA CLASE.

Don Manuel de Mollinedo, } Don Pedro de Vera y Delgado,
Don Leonardo Gomez de Teran, } Don Josef de Usoz,

SEGUNDA CLASE.

Don Pedro Fernandez, } Don Josef de Manzanilla,
Don Diego de Cañas, } Don Joaquin de Fuentes y Rio,
Don Manuel Maldonado, } Don Antonio de Canes.

De los quales, Don Joaquin Fuentes y Rio, y Don Antonio Canes, pasaron de la Clase de Rudimentos el Octubre proximo de 76; y no obstante, sostendrán todo el peso de los Exercicios que corresponden à los de segunda Clase.



ORDEN DEL ACTO, DIA 21

SE DARÁ PRINCIPIO CON LA ORACION
Retorica, que dirá Don Josef de Usoz.

Tomarán todos asunto para componer. Los de la segunda Clase solo podrán exercitarse en la formacion de algun Periodo, en amplificar una proposición, ò en alguna Carta Nunciatoria, Petitoria, ò Gratulatoria. Los de la primera, dado un Enthimema, ò Silogismo Dialectico, le estenderán en quanto alcancen sus fuerzas, segun las reglas de la Retorica. Asimismo se probarán à componer alguna arenga de parabien, ò bienvenida, ò à elogiar à las Personas sobresalientes en virtud, letras, ò valor. La Traducccion que seguirá inmediatamente, se comenzará por los del segundo orden, y presentarán los tres Libros de la Guerra civil del Cesar, los tres de los Oficios de Ciceron, y sus Oraciones, en favor de la Ley Manilia, de Archias, de Marcelo, de Ligario, y la primera Catilinaria. Los mas adelantados añadirán à los Libros dichos las Oraciones del mismo Marco Tulio, en favor de Milon, y de Deyotaro, las dos con que dió las gracias al Senado, y al Pueblo Romano à la buelta de su destierro, y la segunda Catilinaria, explicando despues de la Traducccion el artificio: aunque los de la segunda Clase solo hablarán sobre la elocucion, dejando lo que pertenece à la invencion, y disposicion para los de primera. Estos tambien presentarán las Oraciones de algunos Autores modernos, para traducir à voluntad del Auditorio. Concluido este Exercicio, se leerán las Composiciones, y se finalizará el Acto con la accion de gracias que en un Endecasilabo dará al muy autorizado Concurso Don Leonardo Gomez de Terán.

DIA 22

SE COMENZARA CON LA CANCION,
que dirá Don Pedro de Vera.

Concluida, tomarán asunto para componer los de la primera Clase, y lo harán en Liras Castellanas, y en Exametros, y Pentametros, pues las composiciones de los de la segunda se reducirán à traducir en quartetas de Romance las Elegias selectas de Ovidio, procurando comprender en cada quarteta el sentido de un

Dis-



5

Distico. Inmediatamente traducirán en las dichas Elegias, y Eglogas de Virgilio los de segunda Clase. A esto sucederá el Exercicio de la Poetica de Horacio, y para éste se presentarán todos á traducir, explicar, y ser examinados sobre ella. Despues traducirán los de primera Clase en las Odas escogidas del mismo Horacio, y en los once Libros de la Eneida de Virgilio, pues el quarto se omite por justas razones. Concluirá la funcion con la accion de gracias en Octavas, que dirá Don Joaquin de Fuentes.

Se previene, que todos saben un compendio de la Historia de los Dioses en Romance Endecasilabo, que respectivamente aplicarán al paso que se les ofrezca en la traduccion: como tambien las noticias que han adquirido sobre los Ritos de los Romanos. Asimismo darán los preceptos de los respectivos Poemas que traduzcan, y sus argumentos en verso Castellano.

*DE IMITATIONIS AD ELOQUENTIAE
laudem comparandam necessitate.*

ORATIO.

QUOD in more positum est, A. O. ut in his publicis Academicis de humaniorum litterarum praestantia, vel de earum ediscendarum expedita ratione aliquis verba faciat: non tam id arbitror ad illarum dignitatem, amplitudinemque commendandam, quam ad iuvenum studiosorum animos informandos esse, à maioribus nostris institutum. Dolebant enim, miseramque eorum adolescentulorum lamentabantur vicem, qui cum usque edò in Rhetoricae praeceptis progressi fuissent, ut ex illis uberrimi fractus sperari deberent: non modò orationis elegantiam non augere, sed etiam dicendi elementa, non exiguo labore parata, sensim amittere consuevissent. Huic igitur malo longè, lateque disperso occurrere volentes, aequum esse censuerunt, improvidos, incautosque iuvenes consilii, & salutaribus monitis prosequi, ac praemunire, ne à Rhetoricis ad Philosophos commigrantes, nihil iam sibi cum dicendi facultate negotii futurum arbitrarentur. Hac igitur de causa eruditissimi Praeceptores, quotiescumque ipsis harum Academicarum occasio oblata est, novo semper, & singulari argumento Orationes adornarunt, novas tentarunt vias, novis denique rationibus & latini sermonis praestantiam, & elegantiorum litterarum utilitatem, necessitatemque pro se quisque ostendere conatus est. Quamobrem maiorum nostrorum vestigiis presso pede insistens, imitationis causam hodierno die suscipere decrevi: quod argumenti genus vobis



A. O. non iniucundum, his, qui in Rhetorica exercentur, apprimè utile, illis verò, qui iam sese Philosophiae ediscendae tradere constituerunt, omnino necessarium esse, iudicavi. Nam cum dicendi facultas natura, arte, exercitatione, & imitatione comparetur: natura verò supremi Numinis beneficio; ars optimorum Magistrorum diligentiae; exercitatio, & imitatio adolescentulorum praecipuè vigiliis tribui debeat: nihil de natura, egregio scilicet divinae Providentiae dono, nihil de arte, in qua certè, scio vos, A. O. mediocriter esse versatos, sed tantùm de imitatione, atque exercitatione dicendum est. At verò, nisi optimorum auctorum imitatio accesserit? quid, quaeso per vestram fidem, proderit exercitatio? & an ignoratis, non minus, quàm naturam ab arte, artem, artisque usum ab imitatione perpoliri? Si igitur, A. O. aliquo elegantiores litteras amore prosequimini: si sublimiorum disciplinarum nitor, atque maiestas vos movet; si denique Hispaniae nostrae decus, & ornamentum vestros animos inflamat: oro, obtestorque vos, ut me de imitatione, recta scilicet perficiendae eloquentiae via, dicentem benignè libenterque audiatis. Magna enim vobis causa, spes maior, maximae demum utilitates proponuntur. Si enim vobis, ut spero, persuasero, solerti, assiduoque imitandi studio adhibito, posse quempiam facili negotio ad summum Eloquentiae fastigium pervenire; sin autem, frustrà in Rhetoricae praeceptis cumulandis insudare: non dubito, quin vos gloriae stimulis concitati, auri saeculi posthàc Scriptores evolvere curetis, ut dictionem, stilum, dicendique vim in succum, & sanguinem convertentes, germanam eorum imaginem exprimere possitis.

Ac in primis laetandum mihi iure esse video, maximèque Hispaniae nostrae gratulandum, quòd iam ex praeteritorum temporum caligine, & tenebris piissimi, beneficentissimique Regis CAROLI III curà, & munificentia bonarum artium lucem conspicere coepimus splendidissimam. Non enim, ut quondam, praeceptorum farragine, Grammaticorumque tricis iuventus obruitur: non putidis, barbarisque infimae Latinitatis auctorum vocibus adolescentulorum aures assuescunt: non latini sermonis veteres illi Magistri è ludis exulant litterariis; quin potius in illis verae, germanaeque loquendi rationis compendiarum, sed tamen solida praecepta traduntur: à Grammaticae rudimentis cum Phaedro, & Nepote loqui docentur Pueri: denique Caesar, Sallustius, Livius, & Romanae Eloquentiae Parens Cicero diurna, nocturnaque manu versantur. Quo magis, A. O. eniti, atque contendere debetis, ut Principis nostri votis, prudentissimisque consiliis industria vestra respondeat: ut munditiam, vim, copiam, suavitatemque eorum ipsorum auctorum, quibus dedistis operam, aemulantes; turpissimam illam maculam, Hispaniae nostrae propter negligentior

rem



rem Eloquentiae cultum ab exteris Nationibus inustam, penitus delere possitis.

Nec verò quisquam sibi persuadeat, me, quum vos ad imitationis studium cohortor, quidpiam regulis, praeceptisque Rhetoricae velle detrahere: scio enim, acerrimi ingenii viros, & ad inveniendum celerrimos, & acutissimos ad iudicandum, arte, quae tamquam dux naturae haberi debet, posthabita, in maximos, eosque turpissimos errores incidisse. Iacienda igitur sunt ineunte aetate haec veluti Eloquentiae fundamenta, ut & orationis membrorum compositio, & lineamentorum conformatio, menti infixae, recto vos tramite ducere possint, neque à recta via aberrare patiantur. Sed quorsum haec apud vos, A. O. qui vestrae in ediscenda Rhetorica diligentiae coram tot optimis, eruditissimisque viris in hâc publicâ Academiâ specimen dare constituistis? Quorsum? Ut intelligatis, hanc à vobis tanto labore partam notitiam, non aliâ posse conservari, augerique ratione, quàm si optimae Latinitatis auctores vobis ad imitandum proponatis. Ea est enim memoriae nostrae conditio, ut nisi tempus ad ea studia, quibus a pueritia dediti sumus, recolenda nobis sumserimus: vel quae notissima fuerunt, nobis animo excidant, perpetuâque oblivione deleantur. At quo pacto haec memoriâ retinenda sunt, nisi hi prae manibus, praeque oculis habeantur libri, qui ita regulis artis conformentur, ut solidioris, puriorisque latinitatis absolutissimum nobis offerant simulacrum? quibus non nudas, omnique cultu destitutas regulas, sed ipsam dicendi facultatem suis veluti coloribus ad vivum expressam quasi conspiciere videmur?

Et quidem haud facile dictu est, quo gaudio, qua delectatione mens praeceptis imbuta perfundatur, quum ipsorum praeceptorum exemplar in sapientissimorum hominum monumentis tamquam in speculo contemplantur. Quo tum temporis studio adolescentulorum ingenia inflammantur? Quàm álacri, promptoque animo dicendi facultatem amplecti, ei incumbere, in ea dies, noctes versari, praecipuamque eius laudem sibi comparare constituunt? Non iam eos aut discendi difficultas poterit à proposito studio revocare, aut labor avertere, aut imperitorum convicia retardare. Videte nunc quaeso, A. O. quantum arti antecellat imitatio, quamvis ambae ad eloquentiam quasi facem praeférant, & manuducant. Illa enim via quidem est: sed aspera, longa, tortuosa, & tenebris obvoluta; haec verò levis, compendiaria, recta & splendidissimo exemplorum lumine perfusa: illa ad scientiam à natura datos igniculos extinguere: haec excitare; illa à labore detertere; haec allicere, & stimulos addere videtur. Quae cum ita sint, facile coniecere potestis, artis praecepta, quae puerorum ingeniis veluti quaedam semina mandata sunt, tum demum radices agere, at-



que adolescere, quum ab imitatione foventur: frustra que à vobis tot in eis excolendis susceptos esse labores, nisi eadem praecepta auctorum imitatio usque adeo alat, ac nutriat, donec in flores erumpere, frondes ac virgulta emittere, denique uberes maturosque eloquentiae fructus edere possit.

Atque hoc idem M. F. Quintiliani testimonio confirmare possumus, ac fulcire: cuius quidem auctoritas, cum de dicendi facultate comparanda agi contigerit, omnibus debet auctoritatibus anteferri. Legite, si placet, quae ab illo & de verborum copia, & de imitatione praecipiantur, cum Oratorem suum iam satis, superque à Praeceptore eruditum, quomodo sese quàm facillimè, & optimè exercere possit, instituere, ac veluti peritum athletam ad arenam descendentem, praemunire aggreditur. Ibi enim à regulis ad imitationem, exercitationemque, tanquam à primis ad ultima procedendum esse, testatur: facultatis praecepta necessaria quidem illa esse, sed non satis ad solidam, robustamque eloquentiam valere: Oratoris mentem ad optima quaeque exemplaria esse dirigendam, ut bonis similes esse possint: quod natura fortasse nunquam, ars rarò, frequentissime praestat imitatio. Sed ut haec illustriora exemplis fiant, planeque demonstretur, perfectionem, absolutionemque in dicendi facultate esse omnino ab imitatione petendam: proponite vobis peritissimos, ac bene ornateque loquendi praestantissimos Magistros Lebrissensem, Aprileum, Palmirenium, Sanctium Brocensem, qui non solùm optima, perpetuaeque iuventutis institutione, sed etiam litterarum eruditissimis monumentis Hispaniam nostram illustrarunt. Quantum vero splendoris, & gloriae horum laboribus, vigiliisque Grammaticae, quantum linguae latinae, quantum accessit Eloquentiae, testantur non modò homines nostri, sed omnium exterarum gentium sapientissimi viri: apud quos, quo loco eorum libri, maximè verò Minerva Sanctii habeatur, cum omnibus notum sit, non est necesse nobis indicare. Verum enim vero si horum lectissimorum eloquendi Magistrorum opera cum illustrissimi, acerrimique iudicii viri MELCHIORIS CANI aureo de Locis Theologicis volumine conferantur: mirum est, quantum dicendi nitore, orationis ornatu, ac elegantia homo Theologus celebrioribus latini sermonis Doctoribus antecel-
lat. Habent illi quidem sermonis munditiam, concinnitati student, nihil barbarè, nihil non latinè loquuntur, omnia in eorum scriptis ad artis normam, & quasi ad perpendicularum collocata sunt, & nihilominus exquisitum illud dicendi genus, quo aurei saeculi Scriptores utuntur, ab his, qui exquisito utuntur litterarum iudicio, solet desiderari. Quòd si quispiam id tantorum Hominum inscitiae inertiaeque tribuat: amens omnino sit, & stultus necesse est. Non defuit certè, non defuit illis intima Latinitatis notitia, non in-

ingenii ubertas, non denique exercitatio, cum in latinis Libris interpretandis omnem aetatem consumsissent, studium tamen illis fortasse defuit imitandi. Quod quidem multò aliter Melchiori Cano contigisse videmus. Nam cum maioribus gravioribusque studiis addictus, non posset sese totum latinorum libris devovere: cumque res novas, difficiles, abstrusas, & ab aliis nec satis latinè, neque accuratè scriptas, pertractasset: nihilo secius omnibus, qui ad easque tempora scripserunt, uno Cicerone legendo, & imitando, palmam praecepit, aeternumque sibi nomen comparavit. ? Quid? quod priscae illi Latinitatis, germaneque eruditionis instauratores non alia quam Melchior Canus certissima methodo usi sunt, ut latini sermonis pulchritudinem prope ab interitu vindicarent. Iaceret, mihi credite, iaceret profecto romanae eloquentiae decor, ac maiestas, si Grammaticae, Rhetoricaeque tantum regulis & legibus ad suum fuisset splendorem revocanda. Quin potius iacuisset nunquam, semperque aureum illud dicendi genus viguisset, si praeceptorum una doctrina posset sermonis elegantia conservari. ? Quae enim aetas, quae gens tam inculta, quae tam parva civitas in Europa unquam fuit, in qua ludi magistrorum vociferationes siluerint? ? Quot ab eis scholia, notationes, animadversiones, quae utinam nunquam lucem vidissent publici juris, quasi ex media Latinitatis laude depromptae essent, factae sunt? Quibus tantum abest, ut latino sermoni aliquid accesserit laudis: quin, potius sensim pedetentimque obsoleverit, emarcuerit, omnino interierit. Alia igitur via incedendum fuit his praeclarissimis viris, qui Romanorum eloquentiam iacentem erigere, erectam colere, cultam polire, politam conservare conati sunt. Quid memorem Muretos, Sanazaros, Pontanos, Sadoletos, firmissima litterariae Reipublicae praesidia, qui quantum ipsis Romanae linguae elegantia debet, tantum illi debuerunt imitationi. Quid inquam memorem Petrum Bembum, Paulum Cortesium, Picum Mirandulanum, Bartholomaeum Riccium, quorum docti de imitatione libelli quantam mihi, Deus immortalis! dicendi materiam, & segetem praebebant, si ut longius excurreret oratio, angustiae temporis paterentur?

Sed haec omnino praetereunda videntur, ut eorum, qui plus iusto ingenii sui acumine praesidentes, imitationem aspernari solent, obreftationibus respondeamus. Ac in primis ultro eis, libenterque concedimus, obtusa ingenia hebetesque, aequè ac pecus, homines, nihil propemodum imitationis auxilio consequi posse. Sed nobis cum stipitibus sermo non est, nec surdis canimus; ingenuos vel eximia, vel saltem mediocri intelligendi vi praeditos alloquimur adolescentes: his Rhetoricae praeceptis abundantibus viam sine offendiculis ostendimus; multum arti, plurimum naturae tribuimus: id tantum contendimus, raro, ac portenti simile futurum,

si quispiam ab imitandi studio abhorrens, licet splendidissimum ei ingenii lumen affulserit, praeceptisque sedulo illud excoluerit, inter maximos omnique ex parte absolutos oratores tandem annumeretur. Sed iam eorum voces, vel, potius convicia audiamus, quae quidem, ut optimos iuvenes ab imitandi studio deterreant, multa congerere, verbisque exaggerare consueverunt. Imitatores enim servum pecus cum Horatio, simias cum Angelo Politiano appellant, simulque addunt, ingeniorum nervos viresque, dum alios imitando exprimere nitimur, frangi penitus, ac debilitari. Sed effutiant, suamque stultitiam produnt istiusmodi garruli: cumque se plus aliis vidisse gloriantur, se lippis oculis ea aspexisse, non obscure significant. Quotus enim quisque est, dummodo in Horatii operibus omnino hospes ac peregrinus non sit, qui ignoret, illos tantum ab Horatio censoria virga notari interpretes, qui verbum verbo reddere, auctorem, quem imitari se dicunt, transcribere, & ab eo ne latum quidem unguem discedere posse arbitrantur? Alioqui verò cur Romanis Graecorum exemplaria diurna, nocturnaque manu versari praecepit? Cur ipse exemplo suo praeire voluit? Cur Graecis Poëtis ita sese tradidit, ut ex illorum verbis dulcedinem, atque ac utilitatem ad Romanos transtulerit? Atque haec quidem de Flacci sententia. Nam quod ad Angelum Politianum attinet, magis eum faceret, quam consideratè loquutum fuisse, non dubitem affirmare. Quasi verò M. T. Cicero, qui eam imitandis gravissimis, politissimisque Graecorum Oratoribus dedit operam, ut vim Demosthenis, copiam Platōnis, & Isocratis suavitatem in se uno affunderet, Romamque advexerit, egregiam hanc laudem reportaverit, non ut suis statuis eloquentiae parens, sed ut simia Graecorum inscriberetur. Non enim volumus ab imitatoribus ludricis, simiarum more, ridiculisque quibusdam gestibus adumbratam auctorum speciem fingi, sed eam inter utrosque optamus similitudinem, qua filii parentum imaginem tantà gratiâ, ac suavitate referunt, ut adstantium oculos ad se alliciant, maximâque voluptate perfundant. Hoc autem imitandi genus, ut tandem ad id, quod ultimo loco nobis obiciebatur, deveniamus, tantum abest, ut animos iuvenum deprimat, atque abiiciat, quin potius erigat, atque extollat. Quemadmodum enim eos, qui maiorum suorum facinora litteris consignata studiosè lectitant, licet animo fracto, demissoque sint, domesticis tamen exemplis acui, ac excitari conspiciamus: sic studiosos iuvenes eloquentissimi cuiusque volumina accurate perlegentes, illorum captos pulchritudine ad similem laudem inflammari, & quasi stimulis gloriae concitari videmus. Unde praeclarè à Dionysio Longino dictum accepimus: Sicut vates ex antro Phœbi concipit spiritum: sic qui praestantes legunt Scriptores, ad simili ratione conscribendum divino quodam numine novimus commoveri.

Qua-

Quare agite , A. O. & quam vobis amoenissimam patefeci viam , alacri animo ingredimini. Imitatio enim oratoriae facultatis doctrinam memoria conservabit , fovebit , exemplis etiam confirmabit. Iam operosiorē studii partem ad eloquentiam comparandam confecistis : levior restat , quaeque nihil asperitatis , sed plurimum habeat delectationis. Videte , quaeso , quanti in litteraria Republica fiant eloquentissimi homines , qui hoc iter felicibus auspiciis emensi , posteris illud planum , & quasi stratum reliquerunt. Hi vos tacite invitant , hortantur , rogant , ut exigui laboris socii , magnaēque suae gloriae consortes esse velitis. Horum igitur sequimini vestigia , non pressa leviter ad exigui commendationem temporis , sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. Manet , cum tot saecula elapsa sint , Caii Plinii Iunioris exemplum , qui haudquaquam sui temporis eloquentia contentus , sibi cum Cicerone aemulationem esse planissimè confitetur. Hunc igitur Principem , vestraeque imitationis ducem eligite. Neque vero plurimorum vobis auctorum imitandorum onus impono , quod iure meritoque ab acerrimi iudicii hominibus improbatur : unum Ciceronem , in quem natura omnes eloquentiae divitias effudisse videtur ; quique , ut Caesar dixit , princeps , & inventor copiae haberi debet : unum , inquam , Ciceronem si studiosè imitari conemini , vos in omni dicendi genere cumulativè poterit instituere. Sed quandoquidem in Philosophia , caeterisque sublimioribus disciplinis , in quarum curriculo necesse est ut exerceamini , praecipuum locum mediocri , & temperatum Orationis genus sibi vendicat , maiorem in modum à vobis peto , ut philosophicos eiusdem Ciceronis libros , praecipuè vero tres auro , cedroque dignos , quos ad Marcum filium de Officiis scripsit , assiduè , constanterque perlegatis. Hi vos domi , hi ruri delectent , nullumque diem praeterire patiamini , quin aliquam illorum partem memoriae avidissimè mandetis. Quod si à vobis , A. O. fieri intellexero , tum demum & castitatem , concinnitatemque latini sermonis , & eloquentiae pulchritudinem & optimarum artium maiestatem HISPANIAE nostrae restituendas esse confido. DIXI.



CANCION.

QUANDO buscaba ansioso algun camino,
Que al Parnaso seguro me llevara,
Y que me colocara.

Ante el trono de Apolo soberano,
O para que su Lira me prestara,

O me alargase afable aquel divino

Plectro, con que honró à Lino:

Quando esto imaginaba, y quando ufano

Me pensaba tenerle ya en la mano:

Hirieron mis oídos de repente

Unos tristes, y míseros lamentos,

Y ví, que por los vientos

Melpomene se acerca, y tristemente

Me dice ¿oyes mis voces lastimosas?

Pues no quiero que cantes otras cosas.

Atiende, atiende bien: pues te dí parte

De mi tristeza: en ella me acompaña,

Y avisale à la España,

Que vuelva sobre sí, que mire atenta

Quánto à las Letras, y à las Ciencias daña

Despreciar à las Musas, y aquel Arte,

Que sirve de baltarte

Al alcazar de Palas, que se afrenta,

Mirando al desaliño, como intenta

Despojar à las Ciencias de su arreo

Esquisito, y sus joyas mas preciosas;

Y à Damas tan hermosas

Vestir con un sayal horrible, y feo:

Para que así desprecien las Naciones

A la que casi muda sus facciones.

Y si te replicáre: ¿Tú me acusas

Por mirar con desdén las nueve Hermanas,

Que se jactan ufanas

De Madres de las Ciencias neciamente?

Deja de darles esas honras vanas:

Respondele de parte de las Musas:

¿Con que, España, rehusás

Tu honor, y tu decoro? Há, qué imprudente!

Há, qué ingrata olvidaste injustamente

Lo mucho que les debes! ¿Cómo estaba,

Dí,

Dí , tu language tosco , y desabrido,
 Que hiriendo en el oído,
 No qual Cisne , qual Ganso resonaba:
 Hasta que el verso con su melodia
 Le dió pureza , voces , y harmonia.

Acuerdate del Siglo venturoso,
 En que tus Armas fueron respetadas
 De las mas retiradas
 Provincias , quando el barbaro enemigo,
 Si inquieto al ver sus huestes derrotadas,
 Hallando en tu gobierno su reposo,
 Se tuvo por dichoso:
 Y éste podrá servirte de testigo.
 Este , que de tus glorias fue el abrigo,
 Con mudas , pero eternas , voces clama,
 Que te hiciste admirar de las Naciones.

Pero de los blasones,
 Con que resuena el eco de tu fama,
 A las armas en justa competencia
 Debe llevar la palma la Eloquencia.

Esta de Sabios Reyes protegida
 Del polvo se levanta , toma buelo,
 Y sublima hasta el Cielo
 El language Español rápidamente
 En alas del ingenio , y del desvelo.
 O Garcilaso ! O Vega divertida!
 Qué hermosa ! qué florida!
 O clara vena ! o cristalina fuente!
 Que bañas con tu rápida corriente
 A la lengua Española de dazura,
 Magestad , y pureza ; y compitiendo
 Con Maron , vas vertiendo
 Mil bellezas del arte . ¡ O gran ventura!
 España , que en las selvas tus Pastores
 Le roben à la Arcadia sus primores.

Mas no entiendas , que al bosque solo honraron
 Nuestros versos : hicieron compañia
 A la alta Teología,
 Sin que ésta la guirnalda desdeñase,
 Que el Coro de las Musas , le ofrecia.
 Al grande Arias Montano coronaron,
 Y al Parnaso llevaron,
 Para que en la Helicon se bañase,
 Y este baño su merito colmase.

Su



Su mérito, y profunda inteligencia
 En las lenguas. Trabajo dedicado
 Al libro mas sagrado,
 A la Escritura, al Arbol de la Ciencia.
 Mas fatigado al fin con tal desvelo,
 En las Musas hallaba su consuelo.

¿Qué diré de aquel hijo de Agustino
 Digno de Padre tal, y su heredero,
 Del sabio verdadero,
 Cuya grande constancia, y mansedumbre
 Su nombre de Leon mudó en Cordero?
 De Fray Luis de Leon, del peregrino,
 Que supo abrir camino
 Muy llano con su grande dulcedumbre,
 Trepando por las breñas à la cumbre.
 Del escabroso Pindo, en donde admira
 A Horacio, que cantaba dulcemente:
 Le imita atentamente,
 Trasladando los ecos de su lira,
 Hasta que un nuevo numen, mas que humano,
 El Harpa de David puso en su mano.

Mira tambien, el paso acelerando
 A mil varones, todos eminentes,
 Por probar las corrientes
 De la Castalia. Admirate de Ercilla,
 Que à Virgilio con versos excelentes
 Por su vigor, y nervio va alcanzando.
 ¿No véis qual van andando
 Por subir al Parnaso en la otra orilla
 Los Argensolas? ¿Vés, que de su silla
 Apolo se levanta, y de laureles
 Afable les corona? ¿Vés unidos,
 Y à lo Español vestidos
 Con estos otros muchos? son sus fieles,
 Y no menos ilustres Compañeros,
 Que igualan en la fama à los primeros.

A estos paso en silencio, pues me llama
 Lope de Vega, aquel que desde niño
 Arrebató el cariño
 De las Musas, y Apolo, que le dieron
 Afluencia, pureza, gusto, aliño,
 Dulzura, gracia, admiracion, y fama.
 El mundo le proclama
 Por la vena mayor de quantas vieron

Los



Los Siglos, que hasta entonces precedieron.
 Pero ¡ay dolor! su ingenio arrebatado
 Mis leyes despreció, è inventó un arte,
 Que fue la mayor parte
 De que enojada me haya yo ausentado
 Del Teatro de España, en que se atiende
 A complacer al vulgo, que no entiende.
 Este infausto principio ha producido
 La perdicion de tantos, que encantáran,
 Si al arte respetáran.
 ¡O estrago el mas fatal! fatal violencia
 De la presuncion vana! ò si alcanzáran
 A conocer su error:: Pero yo pido
 Lo que no ha conseguido
 De Luzan la esquisita diligencia.
 Nuestro Coro le envió por providencia,
 Para que renovase el Siglo de oro.
 Pero ay! se despreciaron sus desvelos,
 Y asi mis desconsuelos
 No tienen fin : pues justamente lloro.
 Aquí paró la Musa, y yo aliviarla
 Procuo en quanto puedo, y consolarla.
 Melpomene llorosa, el sentimiento
 Templa : pues ya la España ha conocido
 Lo mucho que ha perdido
 Por tu abandono : y mira claramente
 A los rayos del Sol, que le ha nacido,
 Los vicios deplorables del talento;
 Y este conocimiento
 Al arte le sujeta humildemente;
 Ya se ocupa en tus reglas diligente;
 Ya de Luzan las Obras resucitan;
 Ya su merito se halla descubierto:
 Ya se busca el acero:
 Ya hasta los tiernos niños se exercitan
 En la dorada carta à los Pisones,
 Pauta fiel de formar composiciones.
 El Rey CARLOS III. Sol hermoso,
 Que, teniendo en la España claro Oriente,
 Bañó primeramente
 A la Italia con tantos resplandores,
 Estando en el zenith mas refulgente,
 Da buelta à España, al Reyno venturoso.
 Su influxo poderoso

Crió

Crió ya nuevas plantas, nuevas flores:
 Ya se cogen los frutos, y mayores
 Se esperan ciertamente. Los lamentos
 Deben cesar. Melpomene, respira:
 Templa, templa la lira,
 Ya todo el Coro pide sus acenitos,
 Para cantar à CARLOS, sus hazañas,
 Y la restauracion de las Españas.

La Musa me dá gracias, y à mis ojos
 Desaparece como leve viento.
 Cesa, Cancion, pues ya se ha despedido
 Quien tu voz ha movido,
 Te dió vigor, y te inspiró el aliento:
 Y hasta los mudos peces bien pudiera
 Darles trinos de Cisne, si quisiera.



Quó